

24310

# STATVTORVM

## INCLYTAE CIVITATIS

STVDIORVM'QVE MATRIS

Bononiae.

### CVM SCHOLIIS D. ANNIBALIS

MONTERENTII IVRECONSULTI

BONONIENSIS

### Tomus Primus.



D  
1  
113


*Ex Libris Francisci Orani*

BONONIAE,

Typis Ioannis Rubei. 1561.

CVM PRIVILEGIO.







ubi melius loquitur quam glo. in §. si quis in nomine inst. de lega. Quid autem si nomen esset singularare? recurre ad not. in l. hac consultissima C. qui testam. fac. possunt, quæ uulgo scitur etiam a lypis, & tonsoribus.

**a** Plena fides. Potest tñ probari contrarium ad hoc text. in l. 1. C. si minor se maio. dixer. & in l. Imperator la seconda ff. de statu hominum, & cum diuersæ scripturæ profertur, stari debet ei, quæ prodest, non ei, quæ nocet l. cum de ætate ff. de probat.

**b** Quotiens. Quod multis modis contingere potest, ut ostēdit Rebuffus in tract. de Regestis, seu libris Baptism. sepulture & aliorum gl. 1. & gl. 4.

**c** Alias descripta. Pondera quod prius est recurrendum ad libros Baptismatis, quam ad probationem per testes, & sic data est forma à statu to in ordine probandi, nec dicitur ob hoc angustata facultas probandi, attento quod non tollitur, sed datur ordo, & modus, alias procedit consil. Pau. de Cast. consil. 53. uolum. 2. & secundum nu. antiquum con-

tinuatum in consil. 141. incip. iuris actis, & consil. iuris formā. Ut puta, per testes, vel obsecrantes vel alias personas, iuxta l. eū de ætate de probat. quod membrum latè prosequere per Bart. in l. de ætate in 2. q. p. ff. de minorib. ubi inter alia de-

ducit, quomodo testes audiantur volentes probare ætatem per aspectū, dicit namq; tuuc audiri quando in ratione dicti sui excedunt tantum tēpus, p quod euidenter demonstratur cognitio ætatis, ut per ipsum ingeniosissime. Item per instrumentū matrimonii, nō autem per instrumentū dotis promissæ pro matrimonio iam contracto sed pro contrahendo secus, tunc enim inducitur præsumptio quædā Bald. in addit. ad specul. titulo de in integr. restitut. uersic. per instrumentum matrimonii, & in l. neq; natales colum. 3. C. de probatio. ubi dicit quod inter graues uiros instrumentum probat a communiter accidentibus, & aliis etiam modis ut per scriben. in locis supra citatis maximè in c. in præsentia de pb. Annibal Monterentius I. V. D. Boñ. minimus.

nia nomina, prænomina, cognomina moriturorum in dicta Ciuitate, & Comitatu, iubendo, & compellendo Capellanos, & præbiteros, tam Ciuitatis quam Comitatus Bonon. uidelicet Capellanos Ciuitatis Bononiæ singula septimana, & præbiteros, & rectores ecclesiarum Comitatus Bononiæ habentium curam animarum singulo mense ad exhibendum in scriptis dicto Notario, ut supra deputato, nomina, prænomina, & cognomina prædicta moriturorum, ut supra. ¶ Et Decernimus q̄ de cætero dicto libro plena fides<sup>a</sup> adhibeatur, & detur quotiens<sup>b</sup> de natalibus, & ætate, & morte alicuius disputari, uel indubium uerti contingat. si in ipso libro tales personæ, de quorum ætate, & seu morte quæreretur ibidem descriptæ reperiantur, & contra talem scripturam probatio per testes non admittatur. Alias si descripta<sup>c</sup> in dictis libris non reperiantur procedant probatio-

nes secundum iuris formam<sup>d</sup>. ¶ Et simili modo scribi, & denunciari uolumus matrimonia Ciuitatis, Guardia, Comitatus, & Districtus Bon. Patriæ fœlicissimæ.

TOMI PRIMI FINIS.

REGESTVM OPERIS.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.  
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP.

Omnes sunt terniones, præter † qui est duernio.

Permittente Reuerendo P. Vincentio Spargiato  
Sanctissimæ Inquisitionis Vicario.

Bononiæ, ex Officina Ioannis Rubei Veneti. M D L X I.









**M**o d o. Nigrum est pinguius Rubrica ista, quia tractat in aliquibus. §. de autoritate istorum, sic creatorum, ut est videre in. §. volumus, & seq. & certè illi duo

§. melius situarentur sub statuto seq. Tractatur etiã in nigro de taxatione salarii pro examine, ut in §. habeat. Et nota quod modus est seruãdus, inducitiq; formam, facit bonus tex. in l. cum eorũ ubi Bal. not. C. de sent. & interlocu. om. iudi. Bal. in margarita in verbo modus, ver. 2. Et sub qua forma creentur Tabelliones in Roma. curia, recurre ad Spec. tit. de instrum. edit. §. restat vers. sed quæro sub qua forma, num. 37.

**Creandi.** Idest de nouo deducendi in esse ex nihilo, prout dicitur de creatione mundi in Gen. cap. primo non enim ius Tabellionatus est a natura, facit c. nec mirum 26. quest. 5. circa medi. vers. in sunt enim Specul. tit. de instrum. edit. §. restat, vers. & scias num. 24. ideo si aliquis negetur Notarius, ille asserens se Notarium debet probare, vide Ioan. de Grassis in tract. de substitu. procu. in glo. & ego Ioannes, & que scribit Alciat. lib. 8. Parerg. cap. 19. quod munus istud Tabellionatus apud veteres Romanos nõ fuit in usu, nec est villa eorũ mētio Ciceroni, Liiuo, & cæteris, uidetur tamen nõ absimilis Argentariis, qui Cediciibus suis rationes scribebant, quas ex edicto prætoris edere plerumq; cogebantur, sed postea hoc munus ad Magistratus municipales pertinere cepisse, & ideo Decuriones exercuisse artē Tabellionatus legimus in l. si quis decurio. C. de falsis, sed certe, & apud iureconsultum de Tabellionibus fit mentio. l. moris. §. solet. ff. de poenis, ubi dicit, solere interdici Tabellionibus ne instrumenta omnino forment, idem in l. prima. §. ludi. ff. de uariis cogn. & de seruo publico quem, Tabellionē interpretamur, ut patet in l. 2. ff. rē pupilli saluam fore, ac iuxta tex. inst. de adopt. §. cum autem. Item de librario. l. librarius. ff. de reg. iur. Item constat apud Imperatores posteriores de Tabellionibus factam mentionem d. l. si quis decurio, & toto tit. C. de tabulla. lib. decimo & in auth. de fid. instrument. & in auth. de tabellion. & l. vniuersos C. de decurion. lib. decimo, sed quomodo potest illa dicere Alciat. cum ipsemet in l. mercis ff. de uerb. signific. in glo. magna in uerbo, sed quid si scriba, ali-

ter loquatur post Aemylum Probum, ubi accipit pro eod. scribam, & Tabellionem.

**Tabelliones.** Qui & Tabularii dicuntur secundum doct. ut glo. exponit in l. prima. §. ludi. ff. de uariis cogn. toto titulo C. de tabul. lib.

decimo, licet Alciatus in loco citato in præced. glo. dixerit esse aliquam differentiam. Et est tabellio persona publica, ut tex. dicit inst. de adopt. §. cum autem, qui & seruus publicus appellatur in l. 2. ff. rē pupilli sal. fore, & l. non aliter. ff. de adopt. licet Andre. Tiraq. in tract. de nobilitate cap. 30. num. 9. intellexerit qd illi uere essent serui Reipub. qui stipulari possent, non quod essent Tabelliones, sed male intelligit per d. §. cum autem. Vocantur etiam scriuarii, ut probat tex. in c. ut officium

## Illustris Ciuit. Bon.

STVD. MATRIS STATVT.

AC ORDINAMENTORVM

LIB. III.

Cum Scholiis D. Annibalis Montereuentii

Iureconsulti Bononien.

### DE MODO, <sup>a</sup> ET FORMA CREANDI <sup>b</sup> Tabelliones. <sup>c</sup>



**S**TATVIMVS, quod quicumque, qui voluerit deinceps Tabellio fieri, vel

§. ad conscribendas de hæret. in vi. & aliis uariis nominibus, quæ non expedit hic referre, & habetur in rubrica & l. fin. C. de tabula. lib. decimo, & in l. 1. C. de num. & act. lib. 12. ubi Lucas a Pena, & aliquid apud Io. Pyrr. in tract. de magistr. Ro. cap. 1. num. 34. & apud Ioann. de Grassis in tract. de substan. procur. in glo. & in mei Notarii, & per Tiraq. in tract. de nobil. c. 34. num. 53. ubi agit de qualitate scribarum, & uide apud Boerium in cõsuet. Bitur. tit. de iurisd. om. iudi. §. 6. glo. 1. Et nomen, Notarius, non est proprium nomē ipsius Tabellionis, horũ enim usus Romæ repertus fuit, maxime in excipiendo uerba orantium causas per figuras quasdam plura uerba continentes, prout legitur Ciceronem consulem operatum fuisse, cū primũ Cato dixit luculentissima oratione contra Casarem, ut Alciat. attestatur in lib. 8. Parergon. cap. 9. de quo uerbo est tex. in l. thais. §. stichũ. ff. de fideicõ. lib. ubi patet qd seruus erat Notarius, & glo. exponit idest scriptor notarũ, de quib. notis sunt aliqua iura, ut tex. in l. sed cum patrono. §. fin. ff. de bo. poss. & l. 2. §. penult. C. de ueter. iure enud. & in auth. de testam. imperf. §. 1. immo Tabelliones debent quanto plus possunt euitare notas. & abbreviaturas periculosas, ut inquit Specul. titulo de instrum. edit. §. instrumentum, vers. sed nunquid, standum tamen est communi usui loquēdi, & adde Rebuff. in tract. de lit. obligat. art. 4. in glo. 1. num. 4. ubi dicit qualiter in Gallia ex cõmuni usu, Notarii sunt illi, qui à Rege creantur, qui uerò a Papa, uel aliis uiris Ecclesiasticis uocantur Tabelliones, sed parum est



# Regestum Operis.

† a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z  
aa bb cc dd ee ff.

Omnes sunt terniones, præter † qui est unio.



B O N O N I A E,

Apud Ioannem Rossum, sub insigne  
Mercurij. MDLXIX.

*De Licentia RR. DD. Vic. Episc.  
EP. Inquisitoris.*



20310